

Johann Tarnow



**Johannis Tarnovii, S.S. Theologiae in Academia Rostochiensi Professoris In
Prophetam Obadiam Commentarius : In quo textus Analysis perspicua illustratur,
Ex fonte hebraeo explicatur, Locis S. S. parallois confirmatur, A pravis
expositionibus vindicatur, Usus verò in Locis Communibus ex Ipsa scripturâ
natis & probatis indicatur**

Editio Secunda ad autore reognita, Rostochii: Rostochii: Wilde: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729736733>

Druck Freier  Zugang





Fe 1491.2.

D. T. O. M. A.
JOHANNIS TARNOVII,

S. S. Theologiæ in Academia Rostochiensis
Professoris

In Prophetam
OBADIAM
COMMENTARIUS:

In quotextus

Analyti perspicua illustratur,
Ex fonte hebræo explicatur,
Locis S. S. *ωδωλλήσις* confirmatur,
A pravis expositionibus vindicatur,
Ufus verò in LOCIS COMMUNIBUS ex
Ipsa scripturâ natis & probatis indicatur.

Adjectus est TRACTATUS

DE FOEDERIBUS

cum indice Rerum & Verborum

Psal. 2. v. 11.

עֲבֹדוּ אֶת יְהוָה בְּיִרָאָה :

EDITIO SECUNDA ab autore recognita.

ROSTOCHII,

Sumptibus JOACHIMI WILDEN, Bibliopol.
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno dno 1746. CXLVI.

f.c. - 1491.2.



Illustriſſimis Celiſſimisq̄ Principibus
& Dominis,
Dn. ADOLPHO FRIDERICO,
&
Dn. JOHANNI ALBERTO,
Fratribus Germanis
Ducibus Megapolitanis, Principibus vetuſtæ gentis
Henetæ, Comitibus Sverini, Dynaſtis Rostochij
& Stargardij,
DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS.

Illuſtriſſimi Principes, Domini Clemen-
tiſſimi, Parvus eſt Propheta, quem ali-
quod prælectionibus in Academia veſtra
publicè habitis explicatum jam publici juris
facio: ſed ut cenſet de eo magnus ille Luthe-
rus, corpore exiguus, ſenſu magnus & abditus eſt Ab-
dias, ſicut in minoribus, quod præcioſius eſt, ſolet re-
condi vaſculis. Et de eodem hoc propheta jam olim verè
ſcriptum reliquit Hieron quod verſuum non ſenſuum
ſæp̄putatione brevis ſit, ſicut ex tribus libris, Canticum
Canticorum, quò brevius, eè difficilius, ut meritò poſ-
ſimus dicere, quod parvus hic propheta ſit magnus no-
mine, magnus myſteriorum pondere, magnus genere
dicendi

PRÆFATIO

dicendi, magnus libertate prophetandi: qua singula, dum illum publicè interpretor, aliquantò dilucidius exponere & declarare volui. Jam verò cum eadem typis divulgantur à nostro bibliopola, quod jampridem V. V. Celsitudinibus debebam, id nunc tandem aggredior, & hunc parvum commentarium industria mea exiguum V. V. Celsitudinibus edo & offero specimen, easq; humiliter & submissè rogo ac obsecro, ut hoc qualecunq; meum studium gratiose probent tanquam à Deo profectum, laborem accipiant, ut Deo ipsiusq; in terra vicariis sacrum, meamq; hunc conatum approbandi ipsis servitia mea debita, & labores vocationis necessarios, sereno vultu aspicere, ac gratia sua favore clementer prosequi dignentur. Deum omnipotentem, per quem reges regnant, & per quem principes gerunt principatum, supplicibus votis veneror, ut V. V. Celsitudines quam diutissimè servet incolumes, suo spiritu regat, omniq; benedictionum genere cumulatisimè ornet & augeat
Rostochii Nonis Septembris Anno Christi c1o 1o CXVII.

V. V. Celsitudinum addictissimus
subditus & minister obsequentissimus

Johannes Tarnovius.

Psalms



Psalm. 100. v. 2.

עבדו את יהוה בשמחה כאו לפניו ברננה.

*Fac Deus, hoc unum spectem dum scrutor Obadium,
Ingenium ut lauti seruiat omne tuæ,*

HActenus tres ex Prophetis, ut vocant, minoribus fuerunt, qui inter ipsos Israëlitas & Judæos, electum illum Dei populum, docendi functi sunt munere illosq; de voluntate Dei, ejusq; decretis erudierunt fidelissimè: sequuntur jam, ordine collocationis Hebræis recepto, duo, qui prophetarunt contra gentes exteras, **OBADIA** quidem Edomæos, **JONA** vero Ninevitas in Assyria, iisq; pœnas imminentes & certò inferendas, nisi agerent pœnitentiam, denunciarunt. Illum nunc cum bono **DEO** interpretari aggrediar, cum priùs hæc octo *περλεγομένων* loco de more videro, sed uti fas est, ad brevissimum, Prophetam brevissimè.

Propheta
Judeo-
rum.

et genti-
um.

περλεγο-
μενα,
8.

1. Nominis
ετυμον,

et quis,
1.

1. *Quis.* 2. *Quid.* 3. *Quando.* 4. *Quibus.* 5. *Qua occasione.* 6. *Quo fine.* 7. *Quo usu nostro.* 8. *Quotuplicia prophetaverit Obadia.*

1. Quod ad primum spectat, Scriptura solum nomen ejus proprium revelat, quod est **עבדי** hoc est, si interpreteris, colens Deum, compositum ex **עבד** & **יה** nomine Dei Tetragrammato contracto Hebræi asserunt, fuisse cum natione Edomæum, ac postea ad veram religionem Judaicam conversum, etiam spiritu prophetico à Deo esse donatum, ut contra suos predicaret populares. Putant alii

Non pauci, hunc Prophetam nostrum esse virum illum, qui tempore Achabi præfectus prætorio centum Prophetas Domini abscondit & pavit 1. Reg. 18. 4. Nullo vero certo fundamento cum hincitantur, in horum sententiam non facile descendero, sed scriptura cum tacet, tacendum potius existimo.

2. *Quid
occurrit.*

*Quando
hæc imple-
ta.*

3. *Quando
vixerit.*

4. *Quibus
propheta-
verit.*

II. Quid vero hic Obadia tractat? Edomæis excidium exitiumq; una quadam concione, tanquam illi satis manifestè suorum facinorum convicti nulla longiore accusatione indigeant, denunciatur, quomodo & Esaias c. 21. & 34. Jeremias c. 49. Ezechiel c. 25. & 35. Amos c. 1. Malachias. c. 1. cum illis breviter agit. Vaticinium hoc impletum nonnulli arbitrantur, cum ab Hammonitis & Moabitis perderentur 2. Chron. 20. 23. quod temporis ratio asserere vix patitur. In fine autem paucis Dei populo restitutionem promittit in Christo.

III. *quando vixerit* nec ipse hic mentione Regum tùm viventium facta, nec scriptura alibi indicat, Illorum conjectura videtur maximè probabilis, qui putant, esse eum Prophetæ Jeremiæ coætaneum, tùm quod uterq; iisdem fermè verbis, tantùm leviter immutato ordine, contra Edomæos prophetet: tùm quod hic illa his objicit crimina, quæ tùm videntur perpetrata, cum urbs Jerosolymorum caperetur, id quod tempore Jeremiæ factum esse constat. ex c. 37. & 39. Jeremiæ & lib. Threnorum. Confer in specie, quæ habentur Ps. 137. 7. Thren 4. 21. Jer. 49. 12.

IV. Quartum ex jam dictis obscurum esse non potest, videlicet *Quibus prophetet*. Sunt enim illi Edomæi, ab Esayo fratre Jacobi, qui ex eventu quodam, appellatus אֱדוֹמִי h. e. rufus, Gen. 25. 29. 30. vocati, qui in habitabant montes

IN OBADIAM.

montes Seir. si terram sanctam spectes, versus meridiem. Deut. 2. 8. Amos 1. 11. Quemadmodum vero nomine Israëlitis omnes pii sæpè comprehenduntur Joël 2. 29. Amos 3. 2. Loc. Com. 3. ita contra sub nomine Edom mysticè jam possumus intelligere omnes falsos fratres ac hostes Ecclesiæ, tam Antichristum, quam alios tyrannos, sicut patres & alii, ex atq; cum ipsis, hos & similes textus interpretari solent. vide Joël 3. 19 Sensem tamen literalem in historia, omninò observandum existimamus.

Edomian.

V. *Occasio* sine dubio fuit hæc: Gravis erat & dura hæc tentatio, quòum Israëlita essent electus Dei populus Ex. 19. 6. Deut. 7. 6. Amos 3. 2. quibus promissum erat oraculo divino, major serviet minori Gen. 25. 23. videre tamen posteros Esavi opibus ac potentia florere, posteros autem Jacobi, cum ab his, tum aliis gravissimè affligi. Licet vero multa alià potuerint suæ avitæ erga Judæos malevolentia edere indicia: tamen illud vel maximum erat, quod in destructione Jerosolymorum non tantum sua instigatione & applausu effecerint, ut eximis hæc urbs convulsa sedibus & fundamentis everteretur Pl. 137. 7. sed etiam, si qui ex miseris hisce fugâ sibi salutem erant quæsituri, interceperint, ut patet ex v. 1. 1. 12. 13. 14. hujus prophetiæ.

5. Qua occasione.

Edomæorum malevolentia

VI. Igitur *hoc sine* etiam his Obadia vaticinatur, ne aut Israëlita horum sortem præferent suæ, aut prava æmulatione accensi, à fide deficerent. sed consolationem acciperent, cum intelligerent, fore ut etiam hi sævissimi ipsorum hostes despolientur, quando ipsi sibi plusquam miseri viderentur, & ij, qui soli ab aliis affligerentur. Vide Luth. in præfat Germ. in hunc prophetam.

6. Quo sine.

VII. Hinc etiam elucet, *quansus* & quàm necessarius hujus

7. Quo us.

Pios solatur
impios
hortatur.

hujus, quantumvis parvæ, prophetiæ sit *usus* Quando enim impii ex suis ferocioreis fiunt successibus, pii vero in adversis tantum non succumbunt, docet Obadia, Deum pios quidem ad tempus à se velut repellere & affligere, sed postea ad se receptos consolari: impios vero contra ad tempus beneficiis affectos, quando corrigi nolunt, nec hac Dei benignitate ducuntur ad poenitentiam, temporaliter & æternum gravissimè punire. De quo argumento vide, Pl. 37. 73. Ecclesiastis 9. Job 21. Jer. 12. usq; ad v. 4. Esa 27. & 54. Thren 3. 2. Theff. 1. 2. Cor. 4. Taceo interim, quod præter hunc etiam alius, isq; multiplex, ad docendum vera, redarguendum falsa, ad corrigendum mores malos, ad instruendum bonos, ad consolandum afflictos. 2. Tim. 3. 16. Rom. 15. 4. in hujus prophetiæ explicatione ostendiqueat usus, quem brevitatis ergo eò reservatum volo, ne nunc nimis diu moret in vestibulo.

2. Partes
duæ: 1.

VIII. Deniq;, *Dux* ejus possunt constitui *partes* præcipuæ: quarum prior est *concio Legalis*, denuncians pœnam, & ut juste hæc inferri ostendatur, causas ejusdem recenset, ac ut ab his flagitis, quibus illam commeruerunt Edomæi, desistant, hortatur. *Posterior est concio Evangelica*, quæ de Christi regno inter Judæos primùm restaurando, ac postea in totum terrarum orbem ad omnes gentes propagando, promissiones continet amplissimas.

Hiscæ breviter prælibatis ad rem ipsam accédimus, servata illa, qua hæctenus usi sumus, *methodo*.

Argumentum.

Summa.

Propheta pro Israële adversus Edomæos vaticinatur, his excidium atq; everisionem denuncians, omnia illa eripit, in quibus

quibus aliquid collocare poterant fiducia, eorum suberbiam opes, fœdera, sapientiam, potentiam, collapsura ac planè corruturam significat: violentiam, quâ Ecclesiam hætenus opprefferant, exprobrat, & ab eadem ut desistant, graviter hortatur, quod nisi fecerint, exitum ipsos manere certissimum asserit: Ecclesiæ vero Israëlitarum liberationem, ampliacionem ac salutem in regno Christi per ministerium verbi futuram pollicetur.

Analysis.

Concionis hujus partes sunt duæ: Earum prior est brevis: *πυραφή* seu titulus in versu primi initio: Posterior ipsa *πυραφή* seu vaticinium. Hujus membra principalia sunt duo: Generale exordium, in quo autor primarius ac objectum indicatur, more Prophetis solemnibus; & vaticinii enarratio, quod iterum pro diversitate auditorum duplex: vel enim impiis Edomæis minas legales denunciatur, usq; ad v. 17. vel impiis Israëlitis promissiones proponit Evangelicas, inde usq; ad finem. In minis istis observanda sunt duo membra specialia, videlicet iudiciorum Dei, Edomæis impendentium, primò, propositio per *ὁ πότιπωση* militarem, & *μύνησιν* insurgentium hostium figurata v. 1. cujus effectus v. 2. subjicitur. Secundò, Enarratio seu expositio. in qua ut justitia divina tantò magis elucescat, poena ita explicatur, ut causæ ejus exaggerentur & graphicè describantur. Sunt illæ potissimum duæ, subergia v. 3. &c. ac violentia v. 10. &c. quarum illa contra primam decalogi tabulam in Deum: hæc contra secundam in proximum vergens, detestabile est flagitium. Orta erat illa ex fiducia vana in res mundanas collocata, quibus sublatis, quin etiam ipsa sit peritura, nullum est dubium, Deus ergo cum dixerat v. 2. Ecce

Partes 2.
Titulus.

& vaticinium, cujus duo membra, 1. Myne legales.

Causa ex-cidii.

B

par.

Sublatio
arcium.

opum.

confede-
ratorum.

Sapientum

potentum

Violentia
Edomaeo-
rum.

parvum sum dispositurus te inter gentes, deinceps quasi modum ostendit, quo sit illud effecturus, videlicet, quia superbia animi tui, ó Edom, te decipiens, nititur primum arcibus munitis, &, ut falso existimas, inexpugnabilibus v. 3. has ego diruam, etiam si essent longè excelsiores v. 4. secundò quia confidis opibus in usum belli repositis, faciam ut illis omnibus omninò exuaris v. 5. etiam si essent in abditissimis repositæ thesauris ac conelaveribus v. 6. terciò, quia fiduciam habes in non foederatis ac amicis tuis, ab illis non tantum callidè decipieris, sed etiam graviter læderis, v. 7. quartò; neq; est quod putes tibi vel consilii esse copiam in tuis sapientibus, & rerum bellicarum usu peritissimis v. 8. vel auxilii in tuis potentibus ac robore corporis præditis heroibus, v. 9. perdentur enim, terrebuntur, excidentur, ibid. Atq; hætenus repressit superbiam. Violentiam in fratrem Jacobum porrò demonstrat, primum in genere & apposita poena, ut ex hujus gravitate de criminis constraret immanitate v. 10. deinde in specie per *μεισμόν*, n quo etiam est *κλιμαξ*. Annon enim hæc est violentia maxima, quod fratrum suorum v. 10. hostibus se addiderunt socios, v. 11. imò captis insultarunt. & de exitio illorú maximo operè sunt lætati etiam *αὐτὸ πᾶσι* maximæ eorum calamitatis v. 12. Quin etiam miserorum diripuerunt facultates v. 13. & deniq; ipsam animam atq; vitam cupierunt ipsis eripere, quando fuga quosdam elabi conantes in itinere interceperunt, & relictos concluserunt v. 14. Quæ tria posteriora dehortationem habent adjunctam, ne deinceps sicis oculis exitium fratrum adspiciant, nec opes involent, neq; in profugos sint ulterius inhumani Quibus causa dehortationis, quæ etiam hujus partis est Conclusio, subiicitur

tur

tur, videlicet pœna talionis, eaq; celeriter, & gravissimè Edomæos oppressura v. 15. Exornatur per comparisonem & expolitionem: Si enim affliguntur pii, multò magis affligentur impii; illi ad tempus, hi jugiter; illi ad salutem, hi perniciem. v. 16.

Promissiones piis factæ primùm in genere prolepticè, proponuntur v. 17. Deinde in specie evolvuntur, dum Ecclesiæ conditio futura explicatur. Obtinget enim ei primùm à suis hostibus liberatio v. 18. secundò, magna accessio & ampliatio, quando hæreditario jure possessura est hostium terminos v. 19. & 20. tertio, salus æterna in Christo v. 21. quæ omnia per comparisonem hostibus impendentis calamitatis exornantur, ut tantò major in pios hinc redundet consolatio. Potest etiam h. m. non incommodè hujus Prophetiæ posterior pars Evangelica resolvi, ut dicamus, esse promissionem de regno Christi, per prædicationem Evangelii in toto orbe dilatando: ubi explicantur regni hujus 1. Locus & sedes, mons Sion, h. e. Ecclesia 2. subditi, omnis qui evadit, ac per fidem ex regno tenebrarum liberatur. 3. Bona, tam spiritualia, quæ una voce sanctitatis exprimuntur, v. 17. quàm corporalia, quæ erant spiritualium umbræ, ubi promittitur hæreditatis novæ acquisitio v. 18. & 19. veteris recuperatio v. 20. 4. ministri, per quos illud regnum propagandum, sunt autem servatores h. e. Apostoli, eorumq; successores 5. Tempus, quo incipiat 6. rex, Jehova Dei Filius v. 21.

PARS PRIOR.

Ver(1.) Ut ostendat propheta, se non sua figmenta, sed divinitus revelata afferre oracula, quæ sola in Ecclesia sonare meritò debent, ac ut declaret, orationem suam & præ-

2. Promissiones Evangelicæ.

1.

2.

3.

Alio modo eadem dicuntur

Cur hoc titulo utatur?

*visio.**Obadia
Abdias.**Servus Je-
hovæ.**titulus ho-
norificus:**quibus tri-
buatur.**Q. cur non
vocat o-
mnes.*

conium suum non versari in persuasoriis humanae sapien-
tiae verbis, sed in demonstratione Spiritus ac potentiae 1.
Cor. 2. 4. & 4. 19. 20. hunc sub libello præfigit titulum: $\text{וְיָ$
visio Græce ἰσχυρά Act. 16. 9. 10. vel ὄρασις Act. 2. 17. prophe-
tia, quam ex revelatione Dei immediata accipit, Vide
Joel. 2. 28. Amos 1. 1. c. 7. 1. 4. 7. & c. 8. 1. & 2. c. 9. 1. quo-
modo qui hodiè propheta, antiquitus, dicebatur videns 1.
Sam. 9. 9. & hoc modo etiam ipsa verba, talia puta, quæ nō
sunt inania, sed quibus res sub sunt, & subsequuntur certissi-
mè, videri apud Hebræos dicuntur Deut. 4. 9. Ex 20. 18.
Gen. 42. 1. & 2. Unde etiam hic statim explicat, quod sit vi-
sio, quam dixit Dominus *obadia*. Hebr. עֹבַדְיָה , quod quia,
cum puncta absunt, quibus carebant olim privata biblia,
legi poterat עֲבַדְיָה Abdias, hoc nomine vulgò appellari
cepit ex Græca & latina versione, cujus authores ita legis-
se videntur. Notat vero nomen istud servum vel cultorem
Jehovæ seu Domini, quo titulo in initio suarum epistola-
rum gloriatur apostolus vel maximè nec immerito Quid
enim est homini vel ad dignitatem illustrius, vel ad ut lita-
tem fructuosius, quam servum esse heri omnipotentis,
quem rectè nosse Joh. 17. 3. est vivere, cui ritè servire, est
toti mundo imperare. Qua de causa etiam præstantissimi
quique in Bibliis hoc ornantur titulo: in genere omnes, qui
voluntatem Dei expediunt, ut Nebucadnezar, Jer. 25. 9. &
27. 6, imprimis autem pii Esa. 49. 3. In specie verbi divini
ministri Act. 16. 17. omnes in magistratu politico consti-
tuti Rom. 13. 4. in individuo Moses Num. 12. 7. David, 2.
Sam. 7. 5. Job. c. 1. 8. imò ipse Christus Es. 42. 1. & 53. 1. Phil.
2. 7. Atq; hic est titulus libri seu inscriptio.

Ubi quæri potest, cum propheta exitium denunciaret,
cur non vocet suam prophetiam אָנֹשׁ seu Onus, vide in
Amos

Amos c. 5. 1. Respondentalii, factum id esse, vel quia Esau non est de gentibus planè externis, videlicet filius Isaac: vel quia hic nondum dicatur, de quo, sed cui sit facta revelatio. Dixerim vero potius, propterea id factum, quod prophetia hæc lætâ quædam habet inferta, lætamq; $\omega\epsilon\sigma\phi\phi\eta\nu$. Sed pergo ad prophetiam ipsam, quam, autoritatem sibi dicturo concilians Obadia, sic incipit: *sic ait Dominus Jehovi*, Deus essentia unus, personis trinus, id quod constructio & punctorum mutatio in textu hebræo innuit, qua de re vide, quæ diximus in Psal 7. 7. 10. 11. 12. & in Amos C. 1. v 8. Hic v. Deus trinunus dixit *ad Edom*. Hebraicè יְהוָה אֱלֹהֵינוּ , ubi particulam אֱלֹהֵינוּ cum Mercero potius communi more accipere placet, etiã propter sequentem apostrophen in v. 2. quã cum quibusdam Hebræis, & multis aliis pro אֱלֹהֵינוּ vel אֱלֹהֵינוּ , quomodo accipitur Genes. 20. 13. Ps. 19. 11. 2. Sam. 11. 7. Esther 3. 2. Ps. 3. 2. ut sunt sequentia verba in hoc versu, a propheta & aliis cum ipso vaticinantibus prolata. Contra Edom igitur hæc sunt directa. Nam etsi Deus in V. Testamento Judæos sibi in peculium delegerat Amos 3. 2. minime tamen planè neglexit gentes reliquas, sed sæpissimè in illas quoq; suæ tum bonitatis, tum justitiæ, exempla edidit, easq; ad poenitentiam per prophetas vocavit, ut videre est apud Esaiam à c. 15. & seqq. aliquot. Jeremiam à 46. &c. Ezechielem c. 25. &c. Unde satis firmum contra absolutum illud à Calvinianis excogitatum decretum, nobis suppeditatur argumentum. Non enim est Deus $\omega\epsilon\sigma\phi\phi\eta\nu$, sed in quavis gente, qui timet ipsum, & operatur justitiam, acceptus est ei Act. 10. 34. &c. Contra Edom autem cum loquitur Dominus, & nihil facit, quin revelet prophetis suis Amos 3. 7. ego quoq; (inquit Obadia) & reliqui vates mei

notat,
ad.

Deus gentibus suam voluntatem revelavit.

coætanei *rumorem audivimus à Jehova* Jer. 49. 14. non equidem incerto autore, sed certissimum ac verissimum à veraci Deo revelatum, & *legatum ad gentes esse missum*, qui illas ita excitet ad bellum contra Edomæos *Surgit nobiscum*, ut junctis viribus *insurgamus adversus eam*, regionem Edomæorum, ad bellum quasi dicat, vos Edomæi bellicosi rumoribus bellicis, impensè delectamini, agite, jam adest rumor bellicus, non ab hominibus, sed à Jehova, non, ut hæctenus vos aliis bellum denunciaftis, sed ab aliis vobis jam inferendum condicatur, & mox inferetur, siquidem Dominus Zebaoth jam conscripsit milites, qui contra vos pugnaturi sunt jam in procinctu, sicut audivimus auditionem, Græcè, ἀκοὴν ἀκηχόαριον, quomodo מַעֲרֹשׁ apud Hebr. Pl. 112. 7. Habac. 3. 2. etiam 2. Reg. 19. 7. Es. 66. 19. & ἀκοὴ in N. T. pro fama usurpatur Matt. 14. 1. Marc. 13. 7. & aliàs satis notus est ille Hebraïsmus, quæ verba elegantur regunt nomen conjugatum in casu accusativo Buxt. in thes. p. 4. 39. Et hæc fuit ὑποπόνοιας militaris, adhortatio mutua militum se ad bellum contra Edom excitantium, statim in principio propheta adhibita, ut securos commoveat.

v. 2. Sequitur, quinam futurus sit ejus præparationis effectus, quem Deus ipse, qui deinceps loquitur, (vide initium v. 1. & finem vers. 1.) ita describit; *Eccæ quæ est h. l. attendendi & asseverandi particula*, ut Amos 2. 10. c. 7. 1. 4. 7. c. 8. 1. *disposui te*, i. e. more prophetico præterito pro futuroposito, certissimè disponam te *parvum*, abjectum & humilem Deut. 2. 10. 11. confer. 1. Sam. 15. 7. c. 9. 21 Chaldæus vertit שָׁלֵב id est, debilem ac infirmum: *parvum* vero non simpliciter, sed *inter gentes* id est, Hebræorum loquendi ratione, qui sæpè hac periphrasi superlativum efferunt, *minimum*

Auditio

i. e. fama. 1.

7. 29.

num omnium Buxtorfius in thesauro Grammatico edit.
Basil. 1609. p. 341. atq; adeò *contempnis tuis valde.*

v. 3. Quia vero, qua erant confidentia Edomæi, poterant hanc denunciationem contemnere, quod multa essent ipsis, quibus, ut putabant, tutò niti poterant, videlicet ipse, regionis situs, ubi montes probibebant aditum: opes ad bellum necessariæ, quibus mercenarium conducere poterant militem: foedera cum aliis bellicosis gentibus sancita: sapientia, deniq; fortitudo ac experientia artis militaris propria, hæc singula ipsis ademptum iri Deus protestatur ut meritas & superbix ex istis rebus ortæ, & violentix in fratrem admixtæ luant poenas. Regionem enim habes Edom valde asperam, licet munitam; opes possides, non domi natas, sed per vim aliunde raptas, malisq; artibus quæsitas, ad quod ego paulisper connivere volui, ut agnosceres, me tantum tibi largiri successum, & humiliter saperes, sed interea *superbia animi tui*, quam peperit opinio vana de munitionibus tuis, *decepit te, ò qui habitas.* (Hebr. שִׁבְיָוֹ quod est Gen. Gal. cum paragogico, Buxt. in thes. p. 104. quod quidem pleriq; otiosum esse existimant: Mercerus vero non sine causa putat, in talibus denotari firmitudinem, seu habitum, aut simile quid, pro conditione subjectæ materiæ) *infissurus petrix locis montosis & valde horridis*, inde verè dictis *רַעֲיָוֹ Deut. 2. 4. 5. 8. Gen. 36. 9.* & qui es talis, qualis qui in altissima & tutissima habitatione sua dicit cum animo suo, & sic in corde secum reputat (Vide in Pl. 4. 5. & Pl. 10. 6.) *Qui deieceret me in terram*, measq; artes munitas? quomodo alias sæpè Dominus ædium pro ipsis ponitur. Sed ò vanam & inanem confidentiam, quæ nititur re tam instabili, & non in vera salutis petra Deo & Christo confidit! Pl. 18. 3. Matth. 16. 18.

Omnia subsidia Edomæi ad imuntur.

Id paragogicum

v. 4. nam si locum habitationis tuæ *ex altares, velut aquila,* quæ volat altissimè Proverb. 23. 5. Job. 39. 30. & si inter *stel-* las *poneres nidum tuum* domum tibi ædificares excelsam valde, cujus summitas pertingeret ad cælum usq; Gen. 11. 4. (17. enim significat cujusvis animalis domicilium Gen. 6. 14. Num. 24. 21. ut *ἡγάδια* apud Græcos) inde tamen deducere, detraherem, deijcerem te, dictum *zehovæ*, ut ita vel per concessionem hyperbolicam futurum amplificet excidium. confer Am. 9. 2. 3. Obiter notari potest, infinitivum □□□ positum esse per enallagen temporum frequentem, pro futuro, ut 1. Samueli 3. 12. Psal. 77. 2. Ezech. 11. 7. Atq; sic fuit excidii extremi amplificatio per concessionem hyperbolicam: sequitur altera per admirationem, quæ est sarcasmus hostium, postquam exciderunt Edomæos.

Interrogatio Rhetorica,

v. 5. Ut enim eos moveat periculi impendentis magnitudine, multis modis id exaggerare conatur. Interrogatione, adhibet Rethoricam, quæ vehementer affirmat, & cum, ad quem directæ est, urget potius, quàm quærit. Joel. 1. 16. per eandem quasi in rem præsentem, quæ futura erat, deducit, & comparatione cladem exornat, quod qui diem hujus judicii viderint, admiraturi ac dicturi sint: quid hoc tibi accidit? *quomodo excisus es?* num te fortè hostes per amica silentia Lunæ, cum eos non sensisses, inter osciantes nec opinantem oppresserunt vastaruntq;? siquidem verbum חִשַׁךְ & silere, & ita excindi notat, ut omnis unâ pereat memoria, vide Esa. 6. 5. Ose. 4. 6. c. 10. 7. 15. quomodo Latini meritos silentes inferos regna silentia dicere consueverunt. Hinc alii vertendum censuerunt, quomodo files, vel propter ignominiam, vel à Deo adeò excæcatus & perterrefactus, ut non audeas inclamare fures tuos, sicut & Chal-

Silere i. e. excindi.

& Chaldæus reddidit. אִכְרִתָּהּ רוּחָהּ דְּמִדָּה עַד לְיָמֶיךָ
 quomodo usq; adeò sopitus fuisti, ut quantum si-
 bi satis esset, furibus sustarari licuerit? imò, (ut redeam ad
 textum) nihil omninò tibi reliquerunt, contra quàm solet
 alias fieri. Nam *si fures advenirent tibi*, id est, ad te Zach. 9. 9.
si vastatores nocturni, qui alias sunt valdè timidi, nonne furarentur,
quod satis esset ipsis? Si vindemiatores Joel 3. 13. advenirent tibi, annon
relinquerent tibi racemos? Utiq;. Verùm, ut intelligas, hostes
 tuos à me esse immisos & armatos & animatos, omnia tua
 abripiant, & te prorsus racemabunt Jer. 6. 9. cap. 49.
 9. 10.

Hostes à
 Deo ani-
 mati.

v. 6.) Tertia amplificatiò desumitur à modo. nihil fo-
 re apud Edomæos à Deo devotos, tam absconditum, quod
 non sint curiosè scrutaturi & ablaturi hostes. Vulgo qui-
 dem ita fieri videmus, ut hostes etiàm victores, non aude-
 ant ad loca quævis, præsertim augusta, accedere, siquidem
 metuunt insidias, & ne conclusi cædantur: hi verò hostes
 à Deo armati (confer Joel 2. 6. 7. 8. 9.) securè intrabunt, ac
 perquirent omnia, licet Edomæa in cacuminibus mon-
 tium sit sita, & satis, loci naturâ munita, ut meritò possit di-
 ci, postquam hostes deprædantes discesserint, *quomodo ab a-*
varo & confidenti milite per vestigare sunt opes reconditæ Esavi;
quomodo perquisita sunt abdita ejus omnia? quippe cujus ædes sunt
in cavernis petræ supra. v. 3.

omnia
 scrutantur

v. 7.) Quarta amplificatio deducitur à persona eam in-
 ferentium, vel calidè saltem procurantium & adjuvantium,
 qui sunt amici maximi & foedere conjuncti. Hæc namq; in-
 dignissima est, graviterq; dolenda venit injuria, quam acci-
 pimus ab amicis confœderatis, domesticis, convictoribus,
 adeo ut quem hæc affligit calamitas, meritò cum psalte re-
 gio

Injuria il-
 lata ab a-
 micis.

Confederatorum
perfidia.

gio quiritari possit: non inimicus probro afficit me quod ferrem; non osor meus adversum me se extollit, à quo me absconderem, sed tu mortalis par mihi, dux meus & familiaris meus, qui pariter dulce inibamus consilium &c. Ps. 55. 13. & 4. 15. Hanc tamen etiam præter alias multas experiri cogentur Edomæi à suis *συμμαχοῖς* & confederatis belli sociis, quando ad illos in sua calamitate, spem & auxilium peti tui, legatos miserint, hos quidem, more antiquo, honoris ergo ad ditionis suæ terminum magnificè deducendos curabunt, & amplissimas cum fecerint promissiones, nihil tamen præstabunt quicquam, quod tu ô Edom, qua eris stupiditate, ne animadvertes quidem, sed spei bonæ plenus ad tuos redibis, alta turus *ἐν ἀγγαλία*, nesciens quanta te impendeant mala Nam ut scias, prædico tibi fore, ut *ad terminum suum deducant te* honorificè omnes federati tui verum postquam te dimiserint, promissis haud stabant, sed *decipient te.* Et quia tu foedus Dei violare non erubuisti, imò etiam omnia reliqua fœdera tantùm utilitate tua metiri solebas, poena talionis te meritò manet, & fœderati tui non tantum non propugnabunt te, sed etiam cum aliis te oppugnantibus se conjungent & *prævalebunt tibi* in bello illi, qui, cum simulaverint, se hactenus *colere pacem tecum*, nunc cum tempus est promissa perfici, se quo sint in te animo, tandem aperient; imò nonnulli qui inter te & tecum vivunt, convictores & consalanei tui, Hebr. *אֲנָשֵׁי פָנֶיךָ* viri panis tuis, imponent vulnus Os 5. 13. loco tuo, vel *subter te* i. e. clam te erunt tibi exitio, sed per fraudem & technas 2. Sam. 3. 12. & tale vulnus, *cujus nulla intelligentia in Esavo*, quod ipse, quum moliantur hoc inferre *ὁ Φαλῆος ἰσχυρὸς*, modum intelligit aut prospicit, sed, ut piscator ictus, demùm sapit. Alii etiam non absur-

de hoc

אֲנָשֵׁי פָנֶיךָ

OBADIÆ.

19

Alia explicatio.

de hoc membrum ita explicant, quod tanta sit futura illa plaga, ut mens humana nequeat satis illam comprehendere, nedum prudentia præcavere aut arte curare. Prior explicatio tamen antecedentibus & consequ. melius quadrat, quæ cum consideramus accuratius, membrum primum hujus versus aliter atq; aliter ab aliis plerisq; expostum, ita accipere non possumus. Sunt qui ita interpretantur, Confœderati tui abs te rogati auxilium, educent quidem ad tuum terminum aliquas copias, sed paulò post terri ti, reducent eas domum, nescio quid præ tendentes perfidi, Quidam ita explicant: Illi ipsi, quos tibi venturos existimabas subsidio, tuam terram hostiliter ingressi, ad terminum imò extra regionis tuæ terminum te expellent, ut ipsi regionem tuam occupent. Sed, ut dixi, ipsa verborum structura, & cohærentia textus hoc omnino innuit, agere hic prophetam defraudulenta deceptione, qualis illa est, quando blanda & butyrina sunt verba in ore, sed bellum est in corde Ps. 55. 22. & quando sub spècie honoris magnam ignominia inurunt perfide maculam.

Tertia expositio.

Quarta

v. 8. Sed hoc homines prudentes quandoq; sentiunt, tu verò non item, ô Edom, siquidem perdam tuos sapientes, *annon enim hæc, quæ dixi, evenient omnia die illa vindictæ, inf. v. 15. dictum Jehova veracis Rom. 33. 3. Hebr. 6. 18. cap. 10. 23. 2. Tim. 2. 13. Tit. 12. certè. inquam evenient, quum per. Deus sapididero sapientes ex Edomaa, & omnem intelligentiam è monte Esavi. entiam.* omnes illos, qui sapientia sua ac prudentia nefariè contra *paradic.* Deum a proximum sunt abusi Jerem. 49. 7. Es 3. 2. ita disperdam, ut neq; consilium sibi ipsis possint dare, neq; ab aliis petere, quod his calamitatibus inveniri possit remedium,

C 2

v. 9.

& poten-
tiam

Theman.

Violentia
pena.

Pudor
operit.

v.9.) Quin etiam neq; potentia tua tibi proderit quicquam, siquidem, quicquid tibi est virium aut roboris, planè confringetur. Nam potentes illi tui valentes autoritate & robore, qui hæctenus intrepidè ex raptò vivere didicerunt, quos vis adoriri, despoliare, occidere Gen. 27. 42. ita terrebuntur ut planè frangantur ac concidant animis, quæ est verbi ^{תת}, mataphoricè hoc loco accepti, emphasis, ut 2. Reg. 19. 26. quam Græci satis bene expresserunt, vertentes <sup>θρονή-
σονται</sup>. attoniti obstupescient & consternabuntur, ô Theman (quod nomen vel civitatis, vel regionis, vel mentis in regione Edomæorum. Vide supra Amo. 1. 12. dictum à ^{ימין} i. e. dextrum, quia hæc omnia respectu terræ sanctæ ad meridiem. i. e. juxta scripturam, dextram mundi partem quippe cui oriens est pars anterior, qua de re Joel. 22. 20.) ut excindatur quiq; vir præstans (utrumq; enim ^{שׂוֹרֵר} apud Hebræos notat, vide in Ps. 11.) emonte, Esavi à cade & strage: quæ hoc loco voce Chaldaica, Hebræorum more formata ^{מַלְכָּא} dicitur, pro quo nomine alias in scriptura ^{מַלְכָּא} usurpari solet. Et hæc meritò tibi contingunt, quandoquidem illud jus est æquissimum si crudelis crudeliter tractaris, & quæ fecisti alius, ipse pateris.

v. 10.) Quem enim jure naturæ & divino amare juvare, ac erigere debeas, hunc ex malitia quadam hæreditaria, odisse, lædere ac dejicere nunquam desisti, Propter hanc igitur violentiam (^{מַלְכָּא} cujus emphasis indicata est Joel. 3. 19. Am. 1. 11. 6. 3. 10. (in fratrem tuum Jacobum, nec optinarem te, opprimet, imò planè te operiet pudor, ut, quo te cunq; vertis, ignominiam tuam velut vestem circum feras, vel planè ea pergas, ut quos aquarum vortex operit absorptos Confer Job 8. 22. Ps. 35. 26. & 69. 8. Mich 7. 10. Ps. 109. 17. 26. & sic planè excinderis in seculum, æternum ex ima decisis stirpe peribis.

v. 11.) Quia tuo eo die *stas ex adverso*, & pugnas contra Israëlem (quomodo metalepticè hoc & similia verba quandoq; in scriptura accipiuntur Esth. 8. 2. Pl. 94. 6. Eph. 6. 11.) *quo die captivas abducunt extranei copias atq; opes ejus.* Nam si procul abesses, tolerari atq; excusari poterat non aliquo modo, te auxilium fratri non ferre: jam verò tu hisce te associas, quumque vastabant Chaldæi Hierosolymam, tu templum incendebas, l. 3. Esdræ c. 4. v. 45 *quumq; alienigenæ ingressi ejus portas*, h. e. per synecdochen partis. urbes ac munitiones Deut. 17. 2. Gen. 22. 17. c. 24. 60. Ruth. 4. 10. vide in Pl. 9. 14 *super Hierosolymam*, ut solebant veteres milites in bello, & latrones in raptu sorrem facere arbitram Num 26. 56. Prov. 1. 14. Joel 3. 3. *projiciunt sortem*, Græcè βάλλουσιν κλήρον Pl. 22. 19. Matth. 27. 35. *tu quoq; ut unus illorum es*, & omninò pars illis in crudelitate fuisti, quemadmodum aliquoties similitudinis particula in seperabilis \beth in Veteri, & $\omega\varsigma$ in N. Testamento est ad verb. confirmandi, ac rem ipsam notat Expende saltem hæc loca, Gen. 25. 33. 1. Sam. 9. 13 Ose 4. 4. c. 5. 10. Syr. 18. 25. Joh. 1. 14. 1. Cor. 4. 1. Phil. 2. 8. Matth. 14. 5.

v. 12.) Sed si cupis vitare denunciata tibi poenam, desiste ab hisce flagitiis, & ne deinceps aspicias libenter, cum gaudio, voluptate ac irrisione (quod constructio verbi פָּנָךְ cum \beth notat Pl. 37. 34. & 50. 23. & 54. 9. Prov. 29. 16. Hahac. 1. 13. Græci dicunt ἡμετέριον Latini verò, pascere oculos Germ. seine lust sehen) *diem fratris tui*, diem inquã, non lætitiae sed trisititiae, *diem alienationis ejus*, quando & Deus videtur à populo suo alieniori esse animo, quia permittit eum affligi: & quando ipsi populo ab alienantur sua bona, quomodo in scriptura, dies alicujus vocatur, in quo peculiare quid ipsi contingi sive bonum sive malum, ut h. l. & Pl. 37. 13. & 137. 7.

Stare i. e.
pugnare.

Porte i. e.
arces.

Militaris
fors.

$\omega\varsigma$
i. e. vero.

פָּנָךְ pascere
oculos.

Dies alicujus.

Ecclesiasticis 5.19. Mich. 7. 4. *neq; lateris de Judæis, quo die pereunt, quæ est præcedentis membri figuratè & obscuriùs prolata propria & satis dilucida exegetis, neq; etiam die angustie eorum illis injuriosè insultes, ac ostuum magnifices.* 1. Sam. 2. 3. Ps. 35. 19.

Os magni
ficare.

ampullari

Magnifica enim, arrogantia, ac sesquipedalia verba non nisi ore magno ac valdè dilatato à superbis proferri solent quam ob causam eleganter à poëta ampullari, & ipsa verba ampullæ dicuntur. Græci vero non minus festivè *μεγαλορήμονειν, συμφάξαν, συμφαλογειν, καὶ ληκυθίζειν* vocant. vide Nebucadnezarem Dan. 4. 27. Nicanorem. 1. Mac. 7. 34. 36. Confer Dan. 7. 8. 20. Ps. 12. 4, 5.

Malum

v. 13.) Sed tu, ô Edom, ne ita superbè glorians te jactes in malo, quoniam benignitas Dei fortis erga suos adhuc per singulos dies durat Ps. 52. 3. qui ita te alloquitur: *Ne ingrediarius partam supra v. 11. populi mei mei, inquam, & à me dilecti, etiam in medijs hisce angustijs. Jerem. 31. 18. Ose. 11. 8. 9. die calamitatis eorum, ne adspicias (supra v. 12.) tu quoq; cum reliquis gentibus extraneis malum, & afflictionem ejus, quomodo vox mali sæpè notat non culpam, sed pœnam ac res adversas vide Am. 3. 6. c. 4. neq; excendant se (supple ellipsin nominis convenientis, manus tuæ, de qua Buxt. thes. p. 394. in facultates ejus, calamitatis.*

פּרַף
bivium,

v. 14.) *Neq; persistas in diruptione ejus ad excindendum eos, qui evadunt ex eo per notas sibi vias ac diverticula clam effugere conantes 2. Reg 25. 4. Unde vocem פּרַף quæ propriè notat lacerationem, nonnulli cum Hebræis h. l. exponunt de bivio, ubi via quasi laceratur ac frangitur, & Græcè ex Matthæo c. 22. 9. *διέξοδος τῆς οἴου* nominari rectè potest. Sed cum illa vox alibi in hac significatione non extet, reperiaur autem contra in significatione eruptionis Nah. 3. 1. & deniq;*

seu potius
diruptio.

deniq; exseqq. & antecedentibus etiam constet, quod lo-
quatur propheta de vastatione urbis, melior videtur prior
sententia, quam firmat etiam membrum consequens: *neq;
concludas*, videlicet in civitate jam occupata, per custodes ad
portas urbis dispositos, nequeant effugere *superstites ejus die an-
gustia*. Desine igitur afflicti addere afflictionem, nisi velis
omnino perire.

v. 15.) *Nam propinquus est dies Jehova & vindictæ tempus,*
vide Joel. 1. 15. c. 2. 1. Amos 5. 18. 20. horaq; judicii 1. Cor. 4. 5.
contra omnes istas reliquas gentes, quæ, quia non tanta sanguinis
propinquitate attingebant Israëlitas, minus graviter pec-
caverunt, quam tu naturæ legem adeò nefariè violans; ac,
si futurum est ut illæ non abeant impunitæ, quid te, om-
nium crudelissimo, futurum putas? anne id quod in fra-
trem inhumaniter admisisti, inultum te ablatum existimas?
Jer. 49. 12. non ita: sed *quemadmodum fecisti his*, sic (hæc
enim particula similitudinis ellipsis ita supplenda est, ut
Matth. 6. 10. Prov. 1. 1. 22.) *fiet tibi*, & quâ mensura mensus es,
æquum est, ut metiantur vicissim alii tibi Matth. 7. 2. & o
beatum illum, qui rependet tibi maleficiû tuum; quo af-
fecisti Israëlitas Ps. 137. 3. nam certissimè *retributio tua revertetur*
in caput tuum, vide Joel. 3. 4. 8. Ps. 7. 15. 16. Amos 3. 11. ubi &
hanc phrasin, & locum, de pœna talionis latius explicata,
invenies.

Pœna ta-
lionis.

Ellipsis.

v. 16.) Proinde vos afflicti Judæi, filii mei dilecti (quæ
sunt etiam verba Dei loquentis. Confer. v. 1. 4. 8.) ne de-
spondeatis animum: vos enim ex angustia liberabimini, &
in eam vice versa, vestri hostes devenient Habac. 2. 8. Nam
cum biberitis, hoc est, scripturæ stylo, mala passi fueritis in
monte sanctitatis meæ, *bibent omnes gentes jugiter*, etiam affli-
gen-

Bibere i. e.
mala pati.

Poculum
Domini.

Non agi-
tur hic de
convivio.

gentur gravissimè bibent, inquam, & absorbebunt ipsas etiam etiam fæces Ps. 75. 9. eruntq; ac si non fuissent, omninò peribunt, Omnisq; illorum cum ipsis memoria interibit, Sap. 22. In-Primis vero erit Edomæa desolationi tantæ, ut quisquis transit juxta eam, obstubescant propter omnes plagas ejus, quia subversio ejus erit sicut Sodomæ & Gomorræ, ac vicinorum ejus, adeò ut præ sono casus illius commoveatur ipsa terra, & sit animus potentium Edomi die illo, sicut animus mulieris perpetientis tormina Jer. 49. 17. 18. 21. 22. Crux enim & calamitas quævis in scriptura poculum Domini, Pl. 75. 9. & 16. 13. & illa affici, biberè dicitur Psal. 60. 4. & 80. 6. Esa. 51. 17. Jer. 25. 15. & 51. 7. (qui loci posteriores cum hoc præsentem comiti magnam ei lucem afferent) c. 13. 12. 18. c. 48. 26. c. 49. 12. Thr. 4. 21 Ezech. 23. 31. & c. Hab. 2. 16. Matth. 20. 22. quæ loca scripturæ si quis expendit diligentius, & scopum prophetæ tenuerit, non facillè hunc locum caluino, Oecolampadio, Ribera & aliis exponet de triumphali convivio, ita ut hic sit sensus: quemadmodum tu, ô Edom, læta de populi mei interitu celebrasti convivia in monte sanctiatis meæ: ita etiam aliæ gentes de tuo interitu exultantes hilares computationes instituent. Quò enim illud referes? & absorbebunt, eruntq; quasi non fuissent: quæ verba sine dubio plenarium denotant excidium, quod hæctenus impœnitentibus Edomæis denunciare Obadia voluit.

LOCI COMMUNES

Ex verso 1.)

Omnia se-
cundum
scripturas,

visio Obadiæ.) I. Siquis habet prophetiam, sit ea juxta analogiam fidei, ejus pura, quæ creditur, seu scripturæ Rom

Rom. 12. 6 ut meminerit saltem ea tradere, quæ accepit à Domino 1. Corinth. 11, 23. & omnia secundum scripturas 1. Cor. 15, 3. 4. testificans parvo & magno, nihil extra ea dicens, quæ dixerunt prophete futura Act. 26, 22. & in hac mentis caligine ad lucem lucentem Joh. 1, 5. 6. 8, 12. Christum Joh. 9, 5. & scripturam sacram respiciamus Psal. 19, 9. & 119, 105, in qua præscripta lex est lux Prov. 6, 23. donec illucescat dies, & lucifer exoriatur in corde nostro 2. Pet. 1, 19.

Sic ait Dominus) II. Admonentur porro omnes & verbi doctores, ut, quæ possunt, in concionibus suis ex sacris literis, in quibus Deus loquitur, defumant 1. Cor. 4, 11. ut possint cum Propheta semper dicere: *sic ait Dominus*: & auditores, ut eos, tanquam Deum ipsum sibi loquentem audiant Luc. 10, 16. excipiantq; verbum ab ipsis prædicatum, non ut sermonem hominum, sed (sicut revera est) ut sermonem Dei, qui est efficax in credentibus 1. Thessal. 2, 13. Qui vero rejicit, non hominem, rejicit, sed Deum, qui dedit Spiritum S. suum illis, *ibid.*, c. 4, 8. vide Josh. 1, 1. Am. 1, 1. c. 7, 1 & c.

Et quoad fieri potest, ex his.

ead, ut sermo Deo acceptetur.

Contra Edom.) III. Deus omnes sermo vocans ad poenitentiam, non vult ullum perire 2. Pet. 3, 9. sed omnes ad agnitionem veritatis pervenire 1. Tim. 2, 4. per suos ministros annuncians hominibus, ut omnes ubiq; agant poenitentiam Act. 17, 30. Tu enim ô Deus, misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum, ut resipiscant, qui diligis omnia, quæ sunt, & nihil abominaris eorum, quæ fecisti, qui nec comparasti quicquam quod haberes odio, sed parcis omnibus, eo quod tua sint, ô Domine animarum amans, Sapient. 11, 24. 25 27. & ut justus es, juste omnia disponis, alienam ducens à tua potentia, ut condemnes eum, qui poena non debet affici, *ibid.* cap. 12. v. 13. 14. 15.

Deus vult omnium salutem.

D

Rumo-

*Bella Deus
immittit.*

Rumorem audivimus à Jehova) IV: Deus bella advocat, im-
mittit. & dirigit ad ultionem & poenam 2. Sam. 24, 13.
Ezech. 5, 16. 17. c. 14. 13, 17. 19. Esa. 5, 26. 27. c. 45. 1. Jer. 1. 15.
suprà Joel. 2, 7. 9. c. 3. 9. Am. 1, 4. c. 2. 16. c. 4. 10. 11. Cavea-
mus ergo culpam, qui cupimus vitare poenam. Deus enim
est summus ille imperator, cui omnes creaturæ sunt exerci-
tus. vide Joel. 1, 4. Am. 4. 13.

*pœna ta-
lionis.*

surgit, ut insurgamus) V. Væ spolianti, quia despoliabi-
tur Esa. 33, 1. quia, si quis in captivitate abducit, in capti-
vitate abibit, & si quis gladio occiderit, oportet eum
gladio occidi Apoc. 13, 10. Confer infra v. 15.

Ex versu 2.)

*Superbiam
Deus pu-
nit.*

Ecce parvum disposuiste & c.) Superbiam sequitur humili-
atio, nam qui se extollit ipse, deprimetur Luc. 14, 11. cap.
18, 14. adveniendi superbix evenit ignominia Prov. 11, 2,
Confer Prov. 16, 18. c. 18, 12. Pl. 10, 2. 18. Habac. 2, 5. Sirac.
10, 7. & Deus, cujus opera sunt opera veritatis, & cujus viæ
sunt viæ judicii, ambulantes in superbia potest deicere Dan.
4, 37. & quantum se improbus glorificavit in hac vita, tan-
tum ei dabitur tormentorum in altera Apoc. 18, 7. Humilic-
mus nos igitur sub potenti manu Dei 1. Pet. 5, 6. Jac. 4, 10. 16.

Ex versu 3.)

*Superbus
seipsum
decipit.*

Superbia animi tui decipit te.) Qui sibi videtur esse aliquid,
cum nihil sit, hunc suus ipsius seducit animus Gal. 6, 3. &
principium hujus superbix est, cum homo absistit à Domi-
no Sir. 10, 13. 14. & c. sed optima est fiducia in Dominum
solum Psal. 2, v. ult. Mortuum verò cor adhæret rei mor-
tux Sir. 18, 30. quid vero superbit terra & cinis; qui hodie
rex est, cras etiam moriturus est. Sir. 10, 11.

o qui

O qui habitas in fissuris petrae.) II Vana est fiducia, quæ collocatur in arcibus munitis Es. 10. 13. 14. Deus autem est verus & fortissimus urbium protector 2. Reg. 19. 34. Ps. 127. 1. qui piis est murus igneus Zach. 2. 8. propugnaculum Ps. 18. 3. rupes robusta. & locus munitissimus ad servandum Ps. 31. 3. 4. quo qui confidunt. non concident. unquam Ps. 125. 1. oppugnati non expugnantur Psal. 129. 2. Jer. 1. 19. siquidem Deus est cum eis Ps. 46. 2. 6. 8. & confirmat vectes portarum Psal. 147. 13. qui dixit Ego. ego ipse sum consolator vester. non est quod timeas à mortali morituro. aut à filio hominis. qui ut fœnum reddetur. Esa. 51. 12 Et hæc ex sensu hominum verborum literaliter profluit doctrina.

Deus murus igneus & protector.

Ex sensu vero mystico (ita enim libet non nullis vocare accommodationem dicti biblici) hanc doctrinam possumus eruere. quod pius quidem sit columba simpliciter credens Matth. 10. 9. quæ se abscondat in foraminibus seu vulneribus veræ petrae. Christi. 1. Cor. 10. 4. Matt. 21. 42. Rom. 9. 33. ut allegoricè dicitur. Cantic. 2. 14. hæretici vero faciant sibi nidos in scissuris à petra vera. id est. Christo. cum nolint esse de Ecclesia nec cum ea sentire. Matt. 16. 18.

Credens est ut columba.

Dicens cum animo suo. quis me dejiceret) III. Quod propior calamitas. tanto major plerumq; hominum est securitas: ut videre est in antediluvianis Luc. 17. 26. 27. & Sodomitis ibid. v. 28. 29. &c. Confer. 2. Pet. 3. 3. 10. &c. ac videbis eandem ante mundi finem esse plerorumq; futuram securitatem.

Securitas.

Ex versu 4.)

Si exaltares velut aquila nidum inde te dejicerem.) Contra Deum nulla munimenta sunt satis tuta. vide Amos 9. 3. quide trahit dynastas de throno Luc. 1. 52. Ps. 75. 8.

Contra Deum nihil tutum.

D 2

Ex

Ex versu 5.)

Opes malè
parta.

si fures advenirent tibi, nonne furarentur, quod fatu esset ipsis? &c.)
Opes malè partæ, malè dilabuntur Esa. 33, 1. & possessioni
acceleratæ in fine non benedicetur, Prov. 20, 21. & tales in-
justi ac fraudulentæ congregant bona, sed nesciunt quis re-
cepturus sit illa Pl. 39, 7. Idcirco nemo opprimat, circum-
veniat, aut questui habeat in negotio fratrem suum, nam
vindex est Dominus, 1. Theff. 4, 6. Amos 3, 11.

Ex versu 6.)

Occulta
revelan-
tur.

Quomodo pervestigantur abdita Esavi?) Nihil est tam abscon-
ditum, aut abditum, quod lateat Deum omniscium, vide in
Amos 9, 2, 3. Discamus nos, quod nihil sit tam abscon-
ditum, quod non aliquando reveletur, & nihil tam occul-
tum, quod non tandem agnoscatur, Matth. 10, 26. quando
Deus illustraturus est res tenebris occultatas, & manifesta
faciet consilia cordium 1. Cor. 4, 5. nam omne opus Deus
ipse adducet in iudicium cum omni re occulta, sive bonum,
sive malum, Eccles. 12, 16.

Ex versu 7.)

Amicorum
perfidia.

Usq; ad terminum deducunt te.) Amicorum plerorumq; hic
denotatur perfidia, quibus propterea non facile fiden-
dum nam verum quidem est hoc Poëtæ: Tuta frequensq;
via est per amici fallere nomen: verius tamen est hoc Pro-
phetæ, magisq; observandum: quisq; ab amico suocave-
te, & ulli fratrine confiditote: nam omnis frater omnino
supplantat, & omnis amicus cum detractione ambulat. &
quisq; amico suo illudunt. Jer. 9, 4, 5. Ne igitur credito
istis, quamvis te alloquantur bonis verbis Jer. 12, 6. inspicere
etiam Dan. 11, 26. Mich. 7, 5. Matth. 10, 36. Sir. 6, 7, 8. c. 12, 14.

C. 22.

c. 22, 25. c. 37, 1. Exemplo sunt Joab 2. Sam. 3, 27. c. 20. 8. Judas Matth. 26, 48. falsi fratres 2. Cor. 11, 26. 1. Theff. 2, 14.

Omnes fœderati tui.) II. Propterea quod ipsi Edomæi fœderis fraterni essent obliti Am. 1. 9. 11. Deus permittit, ut à suis decipiantur confœderatis, ut ita etiam hîc cognoscas, per quæ quis peccat, per eadē puniri ipsum Sap. 11, 17. ut videre est in homicidio Joabi. Reg. 2. 31. 32. adulterio Davidis 2. Sam. 12. 11. & concubinæ Levitæ scortatione Jud. 19, 2. 25. 26.

Per que
quis pec-
cat, puni-
tur.

Decipient te.) III. A quibus lege naturæ eramus maximè juvandi, hi sunt sæpè, qui nobis nocent quam maximè, vide Joel. 3, 4.

ὦ φίλος
ἐδαις φί-
λῳ.

Prevalearunt tibi, qui pacem colunt tecum &c.) IV. Malus cum se bonum simulat, pessimus est, vide Amos 7, 12.

Simulatio

Cujus vulneris nulla erit intelligentia.) V. Ne adversus Dei judicia externis nos armemus præfidiis, quia nulla est sapientia, nullaq; intelligentia & nullum consilium ex adverso Jehovæ Prov. 21, 30. qui solus est mirificus consilio, & magnificus re ipsa Esa. 28, 29. cujus consilium constitutum est Esa. 46, 10. Contra vero sub illius potenti manu humiliari. 1. Pet. 5, 6. in angustia ad ipsum nos convertamus. ipse percussit & obligaturus est Ose 6, 1. 2. 3. in cujus reverentia est fiducia valida, qui filius suis solet esse receptus, Prov. 14. 26 & cujus nomen est turris robusta, quò accurrens justus in edito collocatur, Prov. 18. 10. quoniam firmitas temporis nostri, & robur omnis salutis est, sapere & nosse illum Esa. 33, 6.

Dei est
consilium.

Ex versu 8.)

Nonne die illa, dictum Jehovæ, tum perdidero sapientes ex Edomæa.)

1. Cum Deus iratus pestem meditatur acerbam
Urbibus, exitios eximit inde viros.

Magistra-
tus sapiens
à Deo tol-
litur.

D 3

Pf. 82.

& datur.

Pf. 82. 5. & propter scelus terræ multi principes ejus Prov. 28, 2. Esa. 57, 1. ubi enim non sunt prudentia consilia, corrumpit populus, salus autem est in amplitudine consilii Prov. 11: 14. Agnoscamus igitur cum Deus dedit in magistratu politico personas aptas Prov. 20, 12. & 29, 2. Ecclesiastis 10, 13. 14. Sirac. 10, 1. & 2. nam in ira sua dat ineptas & stultas. Es. 3, 3. 4. 5. Cicero in Cat. Majo.

Vera sapientia à Deo.

Et intelligentes è monte Esavi.) II. Ne fidamus nostræ sapientię Jerem. 9, 24. vide loc. com. Joel. 28. Amos 1, 3. 12. c. 6. 1. quia veræ & salutaris sapientię initium est timor Domini. Jobi 28, 28. Pf. 111, 10. Prov. 1, 7. c. 9, 10. Ecclesiastis 12, 15. Esa. 33, 6. Sirac. 1, 13. 20. Si vero illud valet in corporalibus, quantò magis in spiritualibus obtinebit, ubi ratio humana est Deo inimica, Rom. 8, 7. nihil percipit eorum, quæ sunt spiritus Dei 1. Cor. 2, 14. & sapientia nostra sæpè est terrena. animalis, diabolica Jac. 3, 15. quæ si Deo non subjicitur 2. Cor. 10, 5. ab ipso perditur Esa. 29, 14. 1. Cor. 1, 19. 20.

Ex versu 9.)

Impii timent.

Tum terrebuntur potentes tui &c.) Pii, cum audiunt ventura mala, non timent Psal. 122, 7. quia erecto animo suo confidunt Jehovæ, ibid. & Jer. 17, 7. impii autem ut arundo à vento moventur, & sæpè planè consternantur ibid. v. 5. & 6. quia vident Deum à se recessisse 1. Sam. 28, 15, 16. & pertinere ad se malum Judic. 20, 41. Jehova enim est, qui firmat manus ad prælium Psal. 18, 30. 35. & 144. 1. vide Joel. 2, 7. 9.

Ex versu 10.)

Juvenus proximum

Propter violentiam in fratrem suum operiet se pudor &c.) Magnum scelus est, Deoq; valdè exosum, opprimere proximum suum Amos. 1, 11. c. 3, 10. Joel. 3, 19. & non est quod quis

quis cum inflato scriba quærat, quis vero est meus proximus? Luc. 10, 29. quia Christus ibidem in similitudine demonstrat, quod omnis is fit proximus noster, qui nostra indiget ope: & cum omnes simus ejusdem patris liberi, ejusdem corporis membra, 1. Eph. 3, 15. Rom. 12, 4. 1. Cor. 12, 12, 13. Eph. 4, 4 6. 12. 16. nos invicem juvemus ut fratres. Et quis dubitet, quin simus omnes fratres, & Christi, Joh. 20, 17. Matth. 12, 46. & inter nos? Mal. 2, 10. Matth. 23, 8. & in tota priori Johannis epistola.

quia est
frater noster.

Ex versu 11.)

Quia eo die stas ex adverso, quando captivas abducunt extranei copias ejus &c. tu quoque, ut unum illorum es.) Qui vel consentiunt mala perpetrantibus Psal. 50, 18. vel consilio juvant, ut Achitophel. 2. Sam. 16, 23. vel peccatis participant 2. Cor. 6, 14. Eph. 5, 6. eadem poena digni sunt Rom. 1, 32.

Consentiens malo.

Ex versu 12.)

Ne aspicias diem fratris tui &c.) I. Omnes credentes eadem mirentur amentique, sint συμπαθεῖς Φιλάδελφοι, εὐπλαγχοι, Φιλόφρονες 1. Pet. 3, 8. gaudeant cum gaudentibus, fiant cum fientibus Rom. 12, 15. 16.

Συμπαθεῖς
Φεία.

Neque magnifices os tuum die angustie.) II. Neque gloriator sapiens, neque potens, neque dives Jerem. 9, 23. imo nullus 1. Cor. 3, 21. quid enim habes, o homo, quod non accepisti: si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? 1. Corinth. 47. gloriatur potius homo de infirmitatibus suis, ut in eo tanquam tabernaculo habitet Christi potentia 2. Cor. 12, 5. 9.

Nemo gloriatur in se.

Ex versu 13. & 14.)

Ne ingrediaris portam populi mei die calamitatis eorum &c.

ne

*Afflictus
non est af-
figendus.*

ne prodas superstitēs ejus die angustā.) Afflictio non est addenda afflictō I sal 109, 16, hoc enim si fit, ut crudeles crudele expectent judicium, id restat Jac. 2, 13, 14. & 5, 5, quia Deus vindicabit suos celeriter Luc. 18, 7, 8. & faciet ut justus liberetur, deveniat autem in locum ejus improbus Prov. 11, 8.

Ex versu 15.)

*Affligen-
tes affli-
gentur.*

Nam propinquus est dies Jehovā.) I. Justum est apud Deum, retribuere affligentibus afflictionem, 2, Thess. 1, 6, 7. potissimum verò in die illo magni judicii Act. 17, 31. Rom. 2, 5. vide plura Joel. 2, 11.

Talio.

Quemadmodum fecisti, fiet tibi.) II. De poena talionis itidem prolixius tractavimus in Psalm 7, 15, 16. Joel. 3, 4, 5. Amos 3, 11.

*Vicissitudo
gaudii &
tristitiæ.*

Retributio tua revertetur in caput tuum.) III. Hinc etiam elucet, quæ sit in mundo gaudii ac tristitiæ vicissitudo. Gaudium enim impiorum in mœrorem; piorum verò mœror vertitur in gaudium. Vide Ecclesiasticus 2, 2 c. 7, 3. Prov. 2, 14. Quare ò peccatores & duplices animo, lugete ac flete, risus vester in luctum convertetur, & gaudium in mœrorem Jac. 4, 9. Contrâ vero, ò pii, qui nunc dolorem quidē habetis, confidite, quia dolor vester vertetur in gaudium, quod nemo tollet à vobis Johan. 16, 19, 22, qua dere vide plura Amos 5, 20.

Ex versu 16.)

*Bibamus
in salutem
nostram.*

Nam cum biberitis, bibent omnes gentes jugiter.) I. Ut scriptura luxum nostrum in potu retundat, calamitatibus affligere, vocat bibere, ut cogitemus, quando cum his conflictamur, non minimam causam earum esse nostram ebrietatem atq; crapulam; ac, si in salutem aliorum stultè bibimus,

mus, bibamus etiam sapienter in salutem nostram ipsorum
Psal. 116, 13. & nominis divini honorem, qui in ærum nos
liberandis magis magisque propagatur Mich. 7, 7. 2. Pet. 2, 9.

In monte sancto meo cum biberitis, bibent gentes, & absorbebunt,

eruntque quasi non fuissent.) II. Si tempus est, ut iudicium inci- Pii affli-

piat à domo Domini Ezech. 9, 5, 6, quis finis est futurus eo- guntur.

rum, qui non obediunt Evangelio? & si vix servatur justus,

improbus & peccator ubi apparebit? 1. Pet. 4, 14. &c. & si

hoc fit in ligno viridi, arido quid futurum est? Luc. 23, 31.

ecce enim iustum, in terra hac reconditur ei, quanto magis

improbo ac peccatori? vide Rom. 11, 17, 19, 21. Levit. 10, 3.

Quibus omnibus eximium illud dictum adijcè ex 2. Macc.

6, 12. & seqq. versibus: cogitemus, calamitates à Deo im-

missas non ad interim, sed ad eruditionem nostram spe-

ctare. Etenim quod non diu sinuntur, qui agunt impiè. & curà

sed statim in mala incidunt, magnæ beneficentiæ signum

est, non enim iudicavit Dominus, quemadmodum in aliis

gentibus longa patientia differt, donec ipsi ad complemen-

tum peccatorum concurrentes, puniantur, ita etiam nobis

faciendum esse, ut postea non ulciscatur nos, si tandem ad

peccatorum summum perveniremus. Quamobrem misericor-

diam quidem nunquam auferet à nobis, sed erudiens

cum calamitate non derelinquit populum suum.

PARS POSTERIOR.

v. 17.) Post minas legales Edomæis denunciatas, quas Promissio-

jam absolvimus, subjicit Propheta promissiones Evangeli- nes.

cas ad Judæos pertinentes quæ agunt de liberatione Eccle-

siæ & regno Christi. In quibus primò occurrit huic eorum

objectioni tacitæ: quid hoc prodest nobis miserrimè affli-

ctis, quod Dominus illatas nobis se vindicatarum pollice- Obj. non

tur liberamur.

E

tur

tur injurias, si nos ipsos non liberat? respondet autem De-
 us, etiam hoc futurum esse, & quando præcedentis com-
 minationis fuit memor, se sequentium quoq; promissio-
 num non fore immemorem spondet. Nam quando in
 monte Seir, & inter Edomæos, eosq; qui sunt hostes Ec-
 clesie, & extra eam, nemo evadere poterit, in monte Sionis,
 id est, in Ecclesia Psal. 2. 6. Hebr. 12, 22, erit evasio, hoc est,
 qui evadet, eritq; unusquisq; ejus civitatis Dei incola Pf. 15,
 1. sanctus, sanctitate tum Christi imputata ac perfecta, tum
 sua inhærente ac imperfecta Joel. 3, 17. L. C. 2. & ita omnes
 pii ac fideles arg. adeo cora domus Jacob. Rom. 9, 7. 8. & c. c. 11.
 25. 26. Galat. 4. 26. 28, 31. hereditario jure possidebunt possessiones suas
 hereditaria ipsi à Deo fideliter promissas, obtinebunt om-
 nia bona, tam ad hanc vitam spectantia corporalia &
 spiritualia, quantum hic sufficit, quam ad alteram pertinen-
 tia, quæ hic habebunt certâ fide ac spe, postea vero etiam
 in aspectu & re, licet coram mundo nihil habere videantur
 2. Cor. 6, 10. Confer Joel. 3, 17. 18. Amos 9, 12.

Bonapio-
 rum.

speranda,

data.

In his enim & similibus dictis illa promittuntur Eccle-
 sie, quorum complementum in altera demum vita conse-
 cuturum est, & quæ sub terrenarum rerum umbris promit-
 tuntur atq; latent, in Christo præstita ac revelata esse cre-
 dimus, per quem omnes promissiones nobis fiunt ratæ ac
 certæ 2. Cor. 1, 20. Et notandum est, quod prophetæ sæpif-
 simè, ut ab hisce terrenis hominum animos elevent ad cœ-
 lestia, ea promittant in terris, quæ demum piis obventura
 sunt in cœlis: eandemq; ob causam etiam totum tempus
 primi adventus Christi in carnem, conjungant cum adven-
 tu secundo ad judicium, in quo plenaria ab omnibus omni-
 no hostibus secutura est liberatio 1. Cor. 15, 25. 26. 28. 54. 55. &

in æ.

in æternum florebit cœlestis illa Hierosolyma Apoc. 21, 2.
&c. Heb. 12, 22. & 13, 14. Gal. 4, 26.

v. 18. Cum igitur pro captu rudis populi Judaici sæpè per externas umbras ac res corporales designentur bona spiritualiã. tum etiam hîc per luculentam quandam *ἐξήγησιν* hanc brevem & prolepticam propositionem sic evolvit Obadja, ut futuram esse Ecclesiæ conditionem eam ostendat, quæ sit tum hostibus ejus exitio ac formidabilis, tum civibus ejusdem saluti ac maximè conducibilis. siquidem *erit domus Jacobi ignis, & domus Josephi flamma, domus autem Esavi in stipulam* (Hebr. *שפלה* velut ipsa stipula, de quo loquendi genere, vide in Amos c. 2, 1. & Buxt. in thes. p. 454. & 420. quibus exemplis adde Act. 7, 21. quod hanc phrasin totam spectat, vide Jud. 9, 15. 20. Esa. 29, 6.) *ut accensi* (vide Psal. 7, 14. & Pl. 10, 2.) *in hos consumant* Amos 1, 7. 4. &c. ipsos adeò, ut neq; futurus sit ullus superstes domui Esavi, quia Jehova eloquitur, & hoc decretum de iis ob antegressa eorum scelera fecit, ut sæpè verbum *כִּי* de Deo acceptum, in scriptura usurpatur, vide Amos 3, 1.

v. 19. Et quando ita prævaluerint suis hostibus, virtute fidei armati, & à Deo adjuti illi, multos ex iis, qui fuerint inter Esavitas infideles, dociles, affument in societatem Ecclesiæ, & ita hereditario jure possidebunt in Christo Amos 9, 11. 12. omnes terminos, qui promissi sunt olim filiis Abrahæ, imò totum terrarum orbem in N. T. (quò potissimum hæc prophetia pertinet) videlicet *australem regionem cum monte Esavi, & locum humilem cum Philisthæis* (vide Amos 6, v. 14. Confer Deut. 1, 7. Jos. 10, 40. Jud. 1, 9. 2. Chron. 28, v. 18.) *hereditario jure etiam possidebunt omnes terræ sanctæ angulos, cum agro Ephraim, & cum agro Samariæ, Benjaminique cum*

Conditio
Ecclesiæ
N. T.

In stipulam.

Ecclesiæ
N. T.

Gilead, h. e. non tantum Judæi, sed etiam Israelitæ omnes, cis & trans Jordanem habitantes, societatem hereditatis hujus sanctæ inibunt Zach. 12. 6. 7. quemadmodum typo adumbratum est Ezech. 37. 16. & c.

Comple-
mentum
ejus pro-
missionis.

v. 20. Ut autem tanto magis confirmet dubios eadem repetit, imò, inquit, hæc ipsa deportata copia Israelitarum, quod fuit Cananæorum Tzarpatham usq; quæ erat Israelitarum ad Septentrionem terminus, inter Tyram ac Sydonem sita ad mare 1. Reg. 17. 9. & deportati isti Jerosolymitani, quod erat in sine dominatus eorum, id omne hereditario jure possidebunt cum civitatibus australibus sicut eventus comprabavit in Nov. T. vide totum librum Actorum Apostolicorum, imprimis c. 2. v. 9. 10. 11. cap. 2. v. 5. 26. & melius intelliges hunc locum satis obscure è plerisq; interpretibus explicatum: quorum nunnullis illa scripturæ loquendi ratio, quò deportatio pro dedeportatis, ut supra v. 17. evasio pro evadentibus accipitur, vel minus cognita, vel non probata fuit: plerisq; vero vox ספרה & composita, ex nomine סוף id est finis, & verbo ררה id est dominatus est, & appellativa, simplex ac propria falsò visa fuit: unde deinceps cum regio hoc minime indigitata occurrat apud Geographos nulla, alii Bosphorum, alii Hispaniam & c. voluerunt intelligi.

Salvatores
salvati.

v. 21. Hæc autem omnia tum potissimum futura sunt, cum jam ascenderit servatores in monte Sionis, ad judicandum montem Esavi omnesq; impios, id est, Apostoli à Christo servati (quomodo plerisq; interpretes Græci passivè vocem hebræam מושעים verterunt Θεωσωμενοι, ἀνασωμενοι, quasi scriptum esset מושעים quod tamen non est in usu) immediate vocati, & miraculosè instructi, vide Matth. 4. Joh. 1. & 20. Act. 2. qui salvabunt homines verbo à se prædicato

dicato ministerialiter 1. Cor. 3, 6. 7. 9. c. 4. l. c. 9, 22. Act. 11, 14.
 1. Tim. 4, 16. Jac. 5, 20. Judas in Epistola v. 23. (cum Christi
 sit unus mundi Salvator principaliter ac per se Luc. 2
 11. Act. 4, 12.) impietatem mundi redarguet Joh. 16, 8. & ju-
 dicio super venturum denunciabunt; Matth. 3, 7. Act. 17, 31.
 ita tamen hæc omnia præstabunt, ut sibi nihil quicquam ar-
 rogent ex se. qui in & ex se nihil quicquam sunt in hisce ma-
 gnis rebus 1. Cor. 3, 7. & cap. 15, 10. & 2. Cor. 3, 4. 5. Joh. 1, 27.
 sed omnia sua ad suum regem ac Dominum referent, & Je-
 hoia erit regnum in seculum, Christus erit perpetuus suæ Ec-
 clesiæ rex Luc. 1, 33. 71. Zach. 14, 9. Joel. 3, 17. 21. cui omnia
 perfecte, tanquam capiti, subjicientur Matth. 28, 20. Eph. 1,
 22. cap. 4, 15. 22. & c. 5. 22. Col. 1, 18. qui venit salvare, quod pe-
 rierat Matth. 18, 11. & propterea suos emittit apostolos, prius
 ad oves perditas domus Israël, Matth. 10, 5. 6. deinde
 vero cum eos, tum eorum successores emittit in totum ter-
 rarum orbem Marc. 16, 15. Col. 1, 23. 28. Eph. 4, 11. 12. qui spi-
 ritualiter homines liberent à peccato, diaboli ac inferni ty-
 rannide, ut olim Iudicum tempore mittebantur salvatores,
 qui Israëlitas de manu inimicorum suorum corporaliter af-
 fererent. Iudic. 3, 9. 15. cap. 6, 36. cap. 12, 3.

*Christus
 Salvator
 unicus.*

*Cui est re-
 gnum.*

*quiq; emit-
 rit salva-
 tores.*

*Judei hic
 alios ser-
 vatores
 intelli-
 gunt.*

Quomodo nannulli cum Iudæis, non attendentes, has
 esse promissiones Evangelicas, & de rebus potissimum spi-
 ritualibus, putant intelligi hoc loco per servatores Esdram,
 Nehemiam; Maccabæos, & similes heroes post captivita-
 tem Babylonicam viventes, qui tamen omnes istos fines;
 quorum hoc loco fit mentio, Israëlitis non restituerunt, nec
 pacem æternam pepererunt, quæ hic regni Christi nomine
 includitur. Rom. 14, 17. nisi ita hoc conciliare velimus, quod
 etiam hic Christi ejusque apostolorum in sua liberatione,

quodammodo fuerint typi, id quod cum fidei analogia non pugnat.

*Alii de
Judæorum
reductione
explicant.*

Alii verò non observantes illud, quod scriptura non sit *ιδίως Παλιόσας* 2. Petr. 1, 20. sed quod omnis prophetia seu scripturæ explicatio, esse debeat juxta fidei analogiam Rom. 12, 6. etiam in ipsa Evangelii luce, ut noctuæ de die, cæcutiunt, imò prorsus ineptiunt in hoc & similibus locis, quasi promittatur in iis, fore, ut Judæi ante extremum judicium in suam reducantur terram, non procul hac sua expositione abeuntes à Chiliaftis, & Judæorum inanibus fabulis, siquidem nulla hætenus scriptura ab illis produci potuit, quæ hanc verè firmaret opinionem. Contra verò plurima ex illâ loca possunt proferri, quæ eam planè refutent, ut taceam, Christum ejusq; apostolos nobiscum tales promissiones explicare spiritualiter, & ad tempus Nov. Testamenti referre, ut vel *παρομιλιῶ* ille locus ex Joel. c. 2, 16. & seqq. & ille ex Amos 9. Actor. cap. 15. citatus evincit, ad quos antea uberius explicatos brevitatis ergo me jam referre necesse habeo.

LOCI COMMUNES.

Ex versu 17.)

*Extra Ec-
clesiam
nulla salus.*

In monte Sionis erit qui evadat.) I. Extra Ecclesiam non est salus, quemadmodum nec in diluvio extra arcam Noæ, 1. Petr. 3, 20. 21. siquidem in ea tantum Deus veram suam revelat gloriam Psal. 29, 9. & 87, 3. & qui non sunt in ea, sunt absq; Christo, ab alienati à politia Israël, & extranei, quod ad pactorum promissiones attinet, spem non habentes. Ephes. 2, 12 quippe qui non vocantur, nec glorificantur. Rom. 8, 30. sed quia Deo non serviunt in Ecclesia, peribunt Esa. 60.

Esa. 60, 12. nomen Domini non invocant, & per consequens non salvantur, Rom. 10, 13, 14. cum Christus tantum sit Salvator sui corporis, quod est Ecclesia Eph. 5, 22. Videat igitur *Zvinglius*. & qui ejus hunc errorem tuentur, quo jure & modò Herculem, Socratem &c. in cœlo collocare possit, cum nemo veniat ad patrem, nisi per Christum Joh. 14, 6. quem quod hi cognoverint, hactenus ab eis probatum non vidimus.

Erit sanctus) II. Inter Ecclesiæ cives adscripti Eph. 2, 19. sine scandalo Rom. 14. & 1 Cor. 8. & 9, 12. justi & sancti vivamus, Tit. 2, 12. Levit. 19, 2. & professionem nostram conversatione honesta exornemus 1. Pet. 2, 11. 12. cap. 3, 16. ne, cum audiverimus sermones Domini, & non fecerimus, similes simus homini insipienti, de quo Matth. 7, 26. vide Joel, 3, 17.

*Ejus civis
sit sanctus.*

Domus Jacob. hæditario jure possidebunt possessionis hæditarias) III. Credentes possessiones sibi promissas hæditario jure consequentur, Matth. 25, 34. quia per fidem sunt filii Dei Joh. 1, 12. & hæredes Dei, cohæredes autem Christi Rom. 8, 16, 17. Gal. 3, 26, 29. cap. 4, 7, 31.

*Credentes
hæredes
Dei.*

Ex versu 18.)

Erit domus Jacobi velut ignis.) I. Dei ira est ignis consumens, vide Joel, 1, 19. Amos 1, 4. &c.

*Dei ira
ignis.*

Domus Josephi erit flamma & domus Esavi stipula.) II. Piis illata atq; intentata injuria impios tandem perdit Pl. 9, 16, 17. Sic Lothum abducentes reges vincuntur & cæduntur Gen. 14, 12, 15. Pharao Israëlitarum filios recens natos in aquam conjiciendos curans, ipsos verò valdè affligens plagis multis prius affictus, tandem aquis suffocatur, Exod. 1. &c. Herodes trucidans Apostolum, ab angelo trucidatur Act. 12, 2. 23.

*Piis illata
injuria
vindica-
tur.*

Ex

Verbum
Dei ignis.

Ex sensu vero hujus loci mystico discimus, seu potius in accommodatione horum verborum hæc cogitamus, quod verbum Dei sit ignis Jer. 5, 14. & 23 29. qui ex ore testium Dei exit Apoc. 11, 3, 5. Ut enim ignis proxima loca quæque fulgore suo illustrat, ardore ac calore suo, quæ corripuit, incendit, & insita quadam vi aurum argentumq; puriora reddit, reliqua vero villiora plerumq; absumit: ita verbum Dei mentes hominum ignorantæ tenebris obscuratas, imò penitus excæcatas illuminat Psal. 19, 9. & 119. 130. 2. Pet. 1. 19. animos hominum frigidos coelestium amore ac pietatis studio inflamat Luc. 24, 32. doctrinam, quæ auro purior est, auro, quod fusile fecit septima flamma coquens, probat, reliquas opinionum humanarum stipulas consumit Psal. 12, 7. I. Cor. 3, 12. 13, 15.

Ex versu 19.)

Gentium
vocatio.

Domus Jacob hereditario jure possidebunt australem regionem, cum monte Esavi. &c.) I. Gentium vocatio solennis in Novo Testamento futura sæpissimè à Prophetis in Vet. Testamento est prædicta; qua de re pluribus Joel 2, 2, 8. cap. 3, 21. vide Joh. 10, 16. Luc. 14, 21. Act. 13, 46. 47. Eph. 2.

Cruce ad
Deum ire
compellit.

Possidebunt locum humilem cum Pelischebæis) II. Sæpè Deum cognoverunt in adversis, qui non cognoverunt eum in secundis, vide Joel. 1, 5. quemadmodum enim aromata optimum spirant odorem cum teruntur, & thus maximè fragrat, cum flagrat: ita etiam Christiani in cruce, & castigatione Dei premente ipsos, submissam orationem fundunt? Esa 19, 22. cap. 26, 16. cap. 27, 6. &c. Jer. 31, 19. 18. & tum spiritus fractus gratissimum est Deo sacrificium Psal. 51, 19. Esa. 15.

Ex

OBADIÆ.

Ex versu 20. (

Deportati Ierosolymitani, quod est in fine dominatus, id hereditario jure possidebunt.) Typus cœlestis patriæ in cœlis paratæ fuit Terra sancta, in quam nos verus Josuæ antitypus Jesus Christus introducet, postquam Jericho hujus mundi (cujus omnia sunt mutabilia ac instabilia ut Luna, & caduca, ut flos agri,) conciderit, de quo typo alias pluribus.

Terra sancta typus cœli.

Ex versu 21.)

Ascendant servatores.) I. Basilius Magnus in oratione *ᾠδὴ μυστηρίων.*

Quosdam titulos insigniores cum suis ministris sibi communes facit Christus, ita tamen, ut ipse principaliter eos teneat. Ipse est lux mundi, & hi lux mundi ab eo vocantur: Ipse est Doctor, & hos Doctores constituit: Ipse fuit velut ovis, etiam hi reputati sunt oves mactationis: Ille est pastor, etiam hos pastores esse voluit &c. Confer Joh 8, 12. & Matt, 5, 14 Matt. 23, 8. & Ephes. 4, 11. Act. 8, 32. & Rom. 8, 36. Joh. 10, 11. & Act. 20, 28. Eph. 4, 11. Quosdam vero titulos sibi soli servavit proprios, ut, quod sit caput Ecclesiæ Col. 1, 18. Ut enim Ecclesia est unum corpus mysticum, ita plura quidem membra, sed non nisi unum tantum habebit caput, nisi inde monstrum velis fingere horribile. quorum hoc notandum contra Pontificios, sicut illud, tum contra Photinianos observandum, qui Christum tantum dici volunt redemptorem ac Salvatorem nostrum, quatenus benè vivendo, & rectè docendo salutis viam monstravit: quod falsissimum, cum ipse solus se dedisse λόγον 1 Tim. 2, 6. dedisse suam animam ἀντὶ λόγου Matth. 20, 28. æternamq; redemptionem invenisse &c. dicatur, Hebr. 9, 12, 16. &c. tum contra Calvinianos qui negant ministros verba se prædicato verbo, convertere aut salvare homines, contra ex-

Christus suis ministris quosdam titulos suos dat-

quosdam sibi soli servat-

Christus est verus Salvator

B

pressa

pressa Scripturæ testimonia supra adducta. Qua de re vide exegetes orthodoxorum ad *J. Augustan. Confess. articulum. vide* etiam quæ habet *Calvinus ipse l. 4. Instit. c. 1. f. 6. & Meisnerus part. 1. Philos. sobr. f. 1. c. 3. q. 1.*

*Apostoli
judicant
mundum.*

Ut judicent montem Esavi.) II Non tantum apostoli in hac vita ex instinctu Spiritus S. arguunt & judicant mundum, Joh. 16. 8. sed etiam post eam juxta eorum doctrinam sententia in judicio extremo pronuntiabitur Roman. 2, 19. Matth. 12, 41. 42. c. 19, 28. Luc. 11. 19.

*Regnum
potentiæ
gratiæ.*

Et Jehovah erit regnum.) III. Regnum Christi consideratur vel in hac vita, quomodo dicitur regnum potentiæ propter generale super omnia dominium; aut gratiæ propter specialem misericordiæ ac bonitatis in Ecclesia operationem, quæ se exerit in missione doctorum, regeneratione auditorum illuminatione, protectione ac conservatione utrorumq; &c. vel in

gloriæ.

altera vita quomodo dicitur regnum justitiæ & gloriæ, & conspicietur in excitatione mortuorum, universali judicio piorum & impiorum, quod olim exercebit Christus: qui rex ac Dominus pacis det nobis semper pacem omni modo, & sit cum omnibus nobis, 2. Thes. 3, 16. det nobis, ut simus sapientes in rebus bonis, simplices verò in malis, Rom. 16, 19. ut idem sapiamus, & in pace agamus 2. Cor. 13, 11. & dum secundum scripturæ incedimus canonem, pax & misericordia sit super nos, & super Israël Dei Gal. 6, 16. illum, inquam, qui in occulto est circumcisus corde in spiritu, non litera, cujus laus non est ex hominibus, sed ex Deo Rom. 2. 29. Idem rex noster nos in hoc mundo afflictionem habentes Joh. 16, 33. & per multas afflictiones in regnum Dei ingredientibus Act. 14, 28. eripiat ab omni opere, malo & servet nos regno suo cœlesti, cui sit gloria in secula

*Votum ad
Christum*

OBADIÆ.

43

secula seculorum Amen. 2. Tim. 4. v. 18. Ad hunc regem
 in meritò quilibet pius quotidie ita mecum suspirat:

& suspi-
 ris

Multa & magna mihi prestatas, Jesu optime, quando,
 Ut fierem id, quos eras, factus es id, quod eram.
 Ast ego parva imò ex me nulla rependere possum,
 Omnia namq; abste, quæ mihi sunt, mihi sunt.
 Et quia tu tantum dare idoneus accipere ipse,
 Hoc oro, reliquis addere, Christe velis;
 Tu mei amore meos indutumis corpore artus,
 Exulans affectus fac tui amore ut eam.
 Quàm prope me voluisti accedere Christe per illos;
 Abs te discedo tam procul ipse per hos.
 Namq; illis hujus mundi bona nulla fuerunt,
 Ex se quæ tantùm hi multa sibi esse volunt.
 Sed si his exutis, quæ fers bona, videro tantum,
 Res mihi salve, inquam, tuq; rei umbra vale.


FINIS.

Jerem. 30. v. 9.

עֲבֹרוּ אֶת יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְאֶת דְּיֹד מַלְכָּם אֲשֶׁר אֶקִּים לָהֶם:

50 (0) 50





F Reppien

OBADIÆ.

dicato ministerialiter 1. Cor. 3, 6. 7. 9. c. 4. i. c.
 1. Tim. 4, 16. Jac. 5, 20. Judas in Epistola v.
 stus sic unicus mundi Salvator principaliter
 11. Act. 4, 12.) impietatem mundi redarguet
 dicium superventurum denunciabunt, Mat
 ita tamen hæc omnia præstabunt, ut sibi nih
 rogent ex se. qui in & ex se nihil quicquam f
 gais rebus. 1. Cor. 3, 7. & cap. 15, 10. & 2. Cor.
 sed omnia sua ad suum regem ac Dominu
 bova erit regnum in seculum, Christus erit per
 clesie rex Luc. 1, 33 71. Zach. 14, 9. Joel. 3,
 perfecte, tanquam capiti, subjicientur Mat
 22. cap. 4, 15. 22. & c. 5. 22. Col. 1, 18. qui venit f
 rierat Matth. 18, 11. & propterea suos emittit
 ad oves perditas domus Israeliticæ, Matth
 vero cum eos, tum eorum successores emi
 rarum orbem Marc. 16, 15. Col. 1, 23. 28. Eph
 ritualiter homines liberent à peccato, diabi
 rannide, ut olim iudicum tempore mitteba
 qui Israelitas de manu inimicorum suorum
 sererent. Iudic. 3, 9. 15. cap. 6, 36, cap. 12, 3.

Quomodo nunnulli cum Iudæis, non
 esse promissiones Evangelicas, & de rebus
 ritualibus, putant intelligi hoc loco per Ier
 Nehemiam; Maccabæos, & similes heroa
 tem Babylonicam viventes, qui tamen o
 quorum hoc loco fit mentio, Israelitis non
 pacem æternam pepegerunt, quæ hic regni
 includitur, Rom. 14, 17. nisi ita hoc concilia
 etiam hic Christi ejusque apostolorum in

E 3

37

14. Christus
 hri Salvator
 c. 2. unicus.

7, 31.

ar

ma

27.

3e

Ec

nia

h. 1,

l pe

rius

nde

ter

spi

ity

ores,

r af

has

spi

ram,

vita

nes;

onec

mine

quod

one,

quo

quo

quo

quo

quo

quo

quo

quo

quo

quo

quo

the scale towards document




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. <